

• SYNODI A S. LEODEGARIO CELEBRATÆ

CANONES ALIQUOT.

(Ex Mansi, Conciliorum Collect. ampl.)

MONITUM.

In antiquissima collectione canonum e bibliotheca ecclesie Andegavensis producuntur titulo XLIV, qui est *De monachis et monasteriis*, canones aliquot ex hac synodo, qui omnes ad disciplinam monasticam spectant, inscribunturque : *Canones Augustodunenses S. Leodegarii episcopi*. Neque tamen universi eo loco describuntur, sed, quibusdam prætermisissis, hi duntaxat qui sequuntur. Post hæc, repetita jam data inscriptione, eo quo reperit ordine, recenset canones, quos et nos, ut pote pretiosum antiquitatis monumentum ac sollicitudinis sancti Leodegarii ad restaurandam firmendamque in sua diocesi disciplinam etiam monasticam evidens testimonium, huc referendos censemus.

I. Primus titulus hic est monasticæ disciplinæ, ut abbates vel monachi peculiare non habeant, et monachi ab abbate victum et vestimentum consuetum accipiant.

V. Ut compatres nullus eorum audeat habere.

VI. Ut in civitatibus errare non inveniatur. Quod si causa utilitatis monasterii, cum litteris abbatis sui ad archidiaconum civitatis scriptis dirigantur.

VIII. Ut abbati suo ac præposito sint obedientes.

X. Ut nullus familiaritates externarum mulierum præsumat habere; et qui inventus fuerit, severius corrigatur. Ut mulieribus in monasterium monachorum nullatenus ingredi liceat.

Statuimus atque decernimus ut nullus monachum alterius absque permisso sui abbatis præsumat retinere : sed cum inventus fuerit vagans, ad cellam propriam revocetur, ibi juxta culparum merita coercedus.

XV. De abbatibus vero vel monachis ita observare convenit, ut, quidquid canonicus ordo, vel ^b regula

^a In Codice Bonævallis, itemque in Andegav., Divionen. et aliis, qui elenchos exhibent episcoporum, quot numero in synodis singulis fuerint et canones ediderint, postremo loco hæc leguntur : « Consensus domini Leodegarii episcopi Augustodunensis. Ego Leodegarius, ac si indignus peccator episcopus, cum consensu fratrum meorum polliciti sumus, et perpetualiter placuit observandum. » Quæ subscriptio videri potest ad concilium hoc nostrum pertinere. JACOB. SIMM. — Ad canones supra editos alium addit Petrus de La Lande V. C. ex collectione canonum quæ est in bibliotheca Thuana; qui cum ibi XIV appelleretur, ex eo constat plures olim fuisse quam qui nunc exstant, nec ad monasticam disciplinam omnes pertinuisse. Fuisse autem a sancto Leodegario Augustodunensi episcopo dictatos, patet ex duobus hujus collectionis indicibus, quorum prior continet capitula canonum Græcorum et Latinorum, in cujus fine sunt hæc verba : « Can. Augustodunensium sancti Leodegarii episcopi : » posterior autem

A sancti Benedicti edocet, et implere et custodire in omnibus debeant. Si enim hæc omnia fuerint legitime apud abbates vel monasteria conservata, et numerus monachorum, Deo propitio, augebitur, et mundus omnis per eorum orationes assiduas malis carebit contagiis. Sint monachi omnes omnino obedientes, sint frugalitatis decore polientes, in opere Dei ferventes, orationi instantes, in charitate perseverantes, ne propter negligentiam aut inobedientiam, hoste circummeunte ac rugiente et quærente quem devoret, cibus efficiantur. Sit eis cor unum et anima una. Nemo suum aliquid dicat, sed sint eis omnia communia. In commune laborent, hospitalitatis omnino sint receptores.

Quisquis autem hæc a nobis, Deo præcipiente, dictata in confirmationem regularem monachorum, te-
B taverit aliqua transgressione cassare, si abbas est, anno uno ei communionis potestas suspendatur; si præpositus, annos duos; si monachus, aut fustibus verberetur, aut a communione ^c et missa et charitate annos tres suspendatur. Justum enim est ut sobrietas vitiorum semina falce justitiæ resecentur, ne, dum simulatione continentie nutriuntur, iam silvescant, ut nec securibus excidantur.

Ad Augustodunensem præterea sancti Leodegarii synodum referendus videtur canon, qui in altera collectione canonum e bibliotheca sancti Benigni Divionensis, atque in aliis citatur, appellaturque primus canon Augustodunensis, his verbis :

Canones Augustodunenses æra 1.

Si quis presbyter, diaconus, subdiaconus, vel
C clericus symbolum quod sancto inspirante Spiritu apostoli tradiderunt, et fidem S. Athanasii præsulis irreprensibiliter non recensuerit, ab episcopo condemnatur.

^d *Canon Augustodunensis.*

XIV. Seculares vero, qui Natale Domini, Pascha, Pentecostes non communicaverunt, inter catholicos

index sic habet : « Episcopi qui hos canones dictaverunt, quorum nomina desiderantur. » Et ad calcem hujus legitur, *consensio et confirmatio domini Leodegarii episcopi Augustodunensis*. LABB. et COSSART.

^b *Canonum ordo vel regula*, ms. Einsidlens., a Mabillonio allatus.

^c *Et mensa*, ms. Einsidl.

^d Burchardus in sua canonum Collectione, lib. XIX, cap. 74, canonem affert ex concilio Aduensi, seu quod idem est Augustodunensi, can. v. Ille vero, quanquam acceptus ex concilio sancti Leodegarii, ibidem non legitur, cum tamen ad nullum aliud referri commode possit (neque enim ante Burchardum ultum aliud legitur Augustodunense concilium); ideo huc referendum non immerito censui. Ivo quidem, et ex eo Labbeus, canonem quintum Augustodunensem sancti Leodegarii plane ab hoc Burchardiano diversum affert; sed apud istos decretorum collectores in signando canonum numero non semel erratum constat.

non habitent. Nullus presbyter confertus cibo, aut a crapulatus vino, sacrificia contrectare, aut missas facere præsumat : quod si quis præsumperit, amittat honorem. Mulieres ad altare ingredi non oportet.

Ex concilio Aduensi

CAN. V. Si qui altario Domini deserviunt, si subito flenda carnis fragilitate corruerint, et Domino respiciente digne poenituerint, ita ut mortificato corpore cordis contriti sacrificium Domino offerant;

maneat in potestate pontificis vel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixione tempore ab Ecclesie corpore segregare. Ita tamen ut sic officiorum suorum loca recipiant, nec possint ad altiora officia ulterius promoveri. Quod si iterato, velut canes ad vomitum reversi fuerint, et velut sues in volutabris emersi jacuerint, non solum dignitate officii careant, sed etiam sanctam communionem non nisi in exitu percipiant.

TESTAMENTUM SANCTI LEODEGARII.

(Ex D. Pitra, *Hist. de S. Léger. Pérard, Monum. hist. Burgund.*, p. 3. Miræus, *Opp. d. plom.*)

(Interpretatio vetus sæculi xvi. — Ex Historia ms. episcoporum Aduensium.)

[Anno incarnationis Domini nostri Jesu Christi DC quinquagesimo tertio, Indictione decima, regnante Theodorico filio Clotharii, gloriosi regis, majore vero domus Leodegisi, filio Herchinoaldi b:] ego Leodegarius, etsi indignus episcopus Aduorum, septimo episcopatus mei anno, considerans varias

[L'An de l'incarnation de nostre Sauveur Jésus-Christ, 653, en l'indiction deux, regnant Théodoric fils du roi Clotaire, estant fils du roi Clotaire, estant fils de Herckton.] — Je, Léger, encor que indigne évêque d'Autan et en la septiesme année de mon épiscopat, — considérant les variables mutations des choses et iné-

rerum immutationes, sed et inevitabilem mortis terminum, ac formidabilem iudicii et cunctis tremendam distractionem iudiciorum, simul pro his hujusmodi ad illam disciplinam recurrens quæ præcipit: *Date et dabitur vobis, et facite vobis amicos de mammona iniquitatis, qui vos recipiant in cælis* (Luc. xvi, 9), et illud recordans Sapientie momentis: *Redemptio animæ viri divitiarum ejus, et sicut aqua ignem exstinguit, ita*

vitale terme de la mort, et espouvantable heure du jugement de Dieu. — Semblablement, et pour ces choses et autres semblables, retournant à cette discipline qui dit et commande: *Donnez, et il vous sera donné, et faites vous des amis d'iniquités, qui vous recevront aux cieux,* — et me ressouvenant de ce qu'est escript: *le rachat de l'âme de l'homme sont ses richesses et converti l'eau estaing le feu, ausy fait l'aumosne la-*

a Vulgatum a Perar. lo (*Monumenta histor. Burgund. p. 3*) cujus lectionem sequimur, et a Miræo (*Opp. diplomatica*) cum discrepantiis quas margini apposuimus. Illud examinandum susceperunt Cointius et Mabillonius, Cointius (*Annal., t. III, p. 581*), post Perardum, hoc esse neoterici opus pronuntiavit. Mabillonius (*Annal. t. I, p. 418*) corruptos characteres chronologicos fatetur, sed legitimam esse testamenti substantiam contendit ex posterioribus instrumentis. Legitur præterea inter ejus opera posthuma (*t. I, p. 550*) epistola qua ipsos chronologicos characteres tueretur, non omnes quidem; nec enim hujus ætatis mos fuit annos ab incarnatione repetendi, nec annus Christi 653 cum regno Theodorici III occurrit; nec inditio 10 nec Leodegisi majoris domus tempora facile cum his conciliari queunt, sed has notas expungendas censet. Huic favet Miræus, apud quem ex notis chronicis nulla prorsus apparet, præter septimum episcopatus Leodegarii annum et regni Theodorici annum tertium. Hæc autem duo non consonant; annus enim episcopatus Leodegarii 7 concurret cum anno Chr. 665 (*Gall. Christ., t. IV, p. 350*). Mabillonius quidem annum episcopatus 17 legere jubet pro septimo et conjicit notam decussatam per amanuensium in apographis omissam fuisse; regis autem Theodorici annum 3 recte illigat cum anno Christi 676, sub quo testamentum Leodegarii collocandum arbitratur. Verum id consistere non potest, cum jam ab anno 674, ab Ebroino comprehensus Leodegarius et in carcerem conjectus foret, donec avulsis oculis interemptus est. BRÉQUIGNY. — In his tantorum virorum dubiis, vix ausi sumus novam tentare viam ad reducendas in unum ac forsitan in verum varias hinc inde dilapsas sententias. Nobis enim utcumque ratum aut saltem

C probabile visum est tres distinguendas esse in hoc instrumento temporis notas. 1^a Aliæ ad ejus creationem referuntur, nempe insignis illa LIV episcoporum confirmatio sub fine laudata ac forsitan septimus episcopatus Leodegarii annus, ad mentem eorum, inter quos Mabillon in Acta sanctor. O. S. B. tom. II, præfatio, qui initium episcopatus anno 659, et concilium sub sancto Leodegario anno 665 ascribunt. 2^a Aliæ notæ ad ultimam hujusce codicilli confirmationem faciunt, nempe tertius annus regni Theodorici, ac synodus Christiæcensis, quæ in fine tantum ac veluti secunda manu reposita fuere. 3^a Aliæ demum notæ initio præfixæ haud incunctanter suppositivæ ab altera interpolatoris manu, ac, ni fallor, a notario qui seculo x hoc instrumentum in tabulario ecclesie Aduensis rescripsit, ac plura ejusdem apographa edidit, cum diligentibus acriter hinc episcopis, illinc comitibus Aduensibus, res ad Joannem VIII S. Pontificem dirimenda delata est. His positis, cum hoc instrumentum publice confirmaverit præfatus Joannes papa VIII, ac de ejus auctoritate perpetua traditio in Ecclesia Aduensi, multis licet impetita litibus, firma tamen permanserit, imo cum per multa tempora vigerit matricula a sancto Leodegario instituta, ac seculo usque decimo quarto Denarii S. Leodegarii nomine insignita duraverit, nihil jam obstat quin vel criticus asperior totus abeat in celebr. Mabillon sententiam, peccare nempe hoc instrumentum quibusdam temporum notis, quoad vero substantiam, bonum habendum esse ac genuinum.

b Hæc omnia uncinis inclusa, ut præpostere subditi-tia, omnino omisit Miræus ac Italico characterè signanda censuit.

c Mabillon. addit decimo.